

CONSILIORVM

siue Responsorum


D. IOAN. PETRI SVRDI
CASALENSIS. I. C. PRAECLARISS.
ET MONTISFERRATI SENATVS
PRAESIDIS DIGNISSIMI,
Liber Secundus.

In quo multa, quæ in controuersiam quotidie vocantur, acutissimè excitata,
atque disceptata, iudicio grauissimo diffiniuntur:

Hac postrema editione summo studio ac diligentia, excusus.

Cum Summarijs, & Indice rerum ac sententiarum locupletissimo.

CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS. M. DC.

Apud Damianum Zenarium.



AD LECTOREM.



IDEO parum constantis, aut sinceri animi, meo nomini notam à multis iniuri quod in Responsorum meorum Primi Voluminis editione praefatus inuitum, amicorumq; precibus deuictum, non ex animi voto, in eam sententiam descendisse, uti ea typis excudenda mandarem; nunc vel mutato consilio, vel illius excusationis immemor, imminentem secundi naufragij tacturam non per timuerim. Sciant ij tamen idem illud propositum menti insitum, stabili semper ratione perfluisse; Secundumq; hunc partum nulla mea ope adiutum, in lucem produsse: erat enim mihi praemanibus Alimentorum Tractatus; qui quicquid horarum forensibus actionibus tractandis, amicorum controuersijs componendis & (quod mihi praecipuum munus multis iam annis incubuit) rebus Serenis. Domini mei defendendis superat, id omne lenocinante materiei suauitate, ab altaq; omni aliarum rerum cutatione in se conuertebat. Saepetamen Petrus Franciscus frater meus Iurisconsultus ab opere interpellabat, seuerisq; sermonibus castigabat, quod, aliene multum utilitati, parum autem mea consulerem estimationi si dum noua molirer, affectum iam opus, extrema imposita manus non absoluerem. Addebat is multa, ut erat efficax persuasor, ad sui consilij rationes confirmandum: Quibus tam assidue stimulus agitat, mea deposita sententia, in fratris votum concessi; atque ut id facerem neque accepti operis Alimentorum instituto abstraherem, emendandi scriptorum errata, atque in uniuersum Responso expoliendi prouinciam, idem consilij suator, & laboris non expers, praesenti animo assumpserat; sed in ipso suscepti muneris progressu, adolescens leu primium correptus febre, ualentis aetatis, atque animi robore confusus, aliquantis per modo cedentem, modo insultantem morbum, varia luctandi ratione ludificatus, mox eo sensim digniora membra grassante, & paulatim cordis arcem occupante, viribus destitutus, nequicquam laborantibus peritissimis Medicis, sedulam, solertemq; operam, allata pro qualitate morbi pharmacorum varietate, nauantibus, vigesimumseptimum aetatis, & tertium Praetura huius Ciuitatis annum agens, in fata concessit: dignus, qui in multos annos seruaretur, ni quem humanis negocijs aptum existimabamus, caelesti gloria (uti per antea illius uita tenorem coniectare licet) nequaquam indignum sua gratia suffragante Deus Optimus ad meliora destinasset. Ea iactura super acerbam Iulij alterius fratris, pariter Iurisconsulti, mihi morum suauitate apprimè carissimi, quinque ante mensibus hac uita erepti memoriam, insituito deturbauit; omnes conatus fregit; animi vires prostrauit; atque eam alacritatem, qua ad scribendum, & ad summa

quaquo



CONSILIORVM

PRÆCLARISSIMI

IURISCONSULTI

D. IO. PETRI SVRDI,

CASALENSIS,

Liber Secundus.



SVMMARIVM.

- 1 Feudum probatur per iudicia, & coniecturas.
- 2 Possidere quilibet presumitur argore precedentis tituli.
- 3 Hæres presumitur possidere eo titulo & iure, quo possidebat defunctus.
- 4 Feudalia presumuntur bona territorij, quæ à nullo reperiuntur occupata.
- 5 Qualitas personis arguit, quid veniat in cõcessione.
- 6 Valor probatur cumulando reditû viginti annorû.
- 7 Pretij quantitas ostendit, quid includatur in venditione.
- 8 Feudum venit in venditione, si pretium convenit, aliis non.
- 9 Feudum non est collectis obnoxium.
- 10 Feudum presumitur id, pro quo nullæ solvantur collectæ.
- 11 Feudum probatur per famam.
- 12 Feudum presumitur, quidquid continetur intra limites Castri feudalis, & ibi exornatur. intellige, ut num. 84.
- 13 Registrum probat rem ibi descriptam esse feudalem.
- 14 Confessio vassalli probat feudum.
- 15 Alius, dicitur, est repetitiva similium qualitatum. Limita, ut infra nu. 92.
- 16 Producent scripturam, censetur sateri omnia contenta in ea, & ibi ampliat.
- 17 Bona Castri dicuntur, quæ Castro pertinent.
- 18 Hæres debet omnia describere in inventario, quæ defunctus possidebat.
- 19 Quantitas facilius probatur, quàm substantia, ubi exornatur.
- 20 Feudalia omnia presumuntur, quando constat de feudo, sed dubiatur de eius latitudine.
- 21 Feudalia omnia presumuntur bona, quando vassallus nescit ostendere pro quibus bonis recognoscit.
- 22 Probare quilibet debet id, quod est fundamentum sue intentionis.
- 23 Allodialis in dubio omnis res presumitur, & ibi latissime ampliat.
- 24 Presumptio iuris transfert onus probandi in adversarium.
- 25 Presumptio iuris grænat adversarium durius probacionibus.
- 26 Feudalis res presumitur, cuius pars maior probatur feudali.
- 27 Contrariorum eadem est disciplina.
- 28 Feudalis res presumitur, quando vicina prædia sunt feudalia, & e contra.
- 29 Modum presumitur eiusdem conditionis, ceteris sunt extrema.
- 30 Modia declarantur ex precedentibus, & sequentibus.
- 31 Oppositum idem operatur in opposito, sicut propositum in proposito.
- 32 Fama in antiquis probat.
- 33 Feudum alienari non potest in scio domino.
- 34 Allodium presumitur id, quod consuevit alienari.
- 35 Rex descriptus in registro feudali non, presumatur feudalis.
- 36 Negativa probatur ex inspectione scripturæ.